

Viro juveni Pietate, Doctrina, Moribus conspicuo,  
DN. STOLTEN, Rostochienſi Th. Cultori induſtrio  
S. P. P.

J. N. QVISTORPIUS

D. Prof. Paſt. & Superintend. hodie atqve Acad. Rector.

**D**Volunt ornamenta Studioſi ingenii: Optimum ingenium  
conjunctum cum Induſtria, alterum pietas infucata:  
utrumq; in Te obſervamus optime STOLT, ingenium tuum  
cum pertinaci induſtriâ nobis ſat probaſti, quando ſobrie,  
facundè & ſolidè Te ad populum de ſuggeltu dicentem audivi-  
mus, & eadem dabis in Præſ. Diſſertatione erudiſſima. Pietatem  
tuam & novimus; non enim memini, quod unquam injus ſis  
vocatus, cum innocenter in Deo vivere allabores. Perge modo,  
ut hætenus feciſti egregiè, intellectum tuum divinâ imbuere  
ſcientiâ, voluntatemqve ad optimos quosqve formare mores, ſic  
ſuccurrente Summi Numinis gratia ſalutares aliquando in Eccleſiâ  
habebis ſermones Vale.

Ad Nobiliſſimum & Clariffimum

DN. STOLTEN,

Publicè Diſputaturum.

**E**X quo ingenii Tui alacritas, ejusqve inſatiabilis  
in omne bonorum ſtudiorum genus ſeſe diffundendi  
cupido mihi innotuit, intra breve temporis ſpatium  
in meis quoqve Scholis, eos Te feciſſe progreſſus  
animadverti, qui & eximi rarioresqve eſſent, & ipem  
patriæ Tuæ nequaquam vulgarem excitarent. Quibus ve-  
rò ex eo tempore continuatâ, quæ indoli Tuæ indita eſt,  
induſtria id adjeciſti robur, ut nunc in publicum proditu-  
rus, quem intra Te theſaurum collegeris, ſcientiâ pariter  
& eloquentiâ omnibus ſis demonſtraturus. Macte itaqve  
hac virtute Tuâ & dona tibi à DEO conceſſa ſubinde magis  
magisqve exere, ut & optimorum Parentum concepta  
de Te ſpes ingenuorum gaudiorum fructum pariat, & Ec-  
cleſia ea ex Te brevi ſentiat emolumenta, quæ ad poſterita-  
tem diſuſa nomini Tuo tamam gloriamqve concilient &  
honestam & nunquam perituram. Quod ut feliciffimo  
cum ſucceſſu fiat, Deum quem quotidie veneraris, ſe-  
rius votis imploro. Scr. pridie, Calend. April. MDCCX.

JO. FECHT, D.

Coll. diſſ. A. 232, miſc. 15

93 (0) 50